

# Sanctissimi Juris

CIVILIS LEXICON, AB

ANTONIO NEBRISSENSI

*uiro undecunque doctissimo, aduersus*

*quosdam insignes ACCURSII*

*errores, ordine alphabe*

*tico æditum.*

## A



**B** A X, is, siue abacus i, tabula est, in qua escaria & potoria uasa collocantur, quæ sunt mensæ ministerio parata. Iuuenal. Lectus erat Codro Procula minor: urceoli sex, Ornamentum abaci.

Ausonius: Fictilibus fama est cœnasse Agathoclea regē, Atque abacos Samio sæpe onerasse luto. Cicero 5. Thusc. quæst. Abacus complures ornauit auro & argento cælato. Idem in Verrem: Abaci uasa omnia ut exposita fuerant sustulit. Sed abacus, id est, ab eo quod est abacos Græcè, est inclinatum, quod teste Prisciano libr. 7. de octo partibus orationis penultimam genitiui breuiavit, quod significat præterea uasa quædam uiliora in quibus pretiosiora reponuntur. ataisfor Pœni uocant. de quibus Paulus Iurisconsultus lib. 32. dig. qui est de legatis tertius. l. Hæres. Cui Corinthia, inquit, uasa legata essent, & abaces, huic quoque eorum uasorum collocandorum causa.